



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

10 Oblatus plenè est, qui se, & sua Monasterio donat in manibus Abbatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

quatenus sunt licita, & honesta, nec sacris canonibus, aut iuri communi contraria confirmata esse censetur.

DECISIO VII.

7 Descendens ex infidelibus professus contra statutum a Capitulo generali factum ne recipiantur ad suum ordinem qui fuerunt infideles, vel ex eis descendunt, quānis eijsi nequeat ob id solum, quod receptus & professus sit contra tale statutum, (quia cum tale statutum nullum sit, nullum potest effectum producere) eijsi tamen potest dummodo non interuenierit consensus legitimus recipientium, quia se licet præsinitus fuit sub conditione, si non esset de tali genere: vnde cum desit in aliquo conditio, sub qua sit admissus, etiam & ipsa admissio, & professio consequenter nulla efficitur; eo quod dispositio conditionalis non existente conditioe nihil operatur, c. si pro re, de referrip. in 6. cap. præterea, de appel. vnde & Prælitus auctoritate propria professionem talem nullam esse declarare potest.

DECISIO VIII.

8 Vm professio sit contractus reciprocus vltro citroque obligatorius, quo proficiens se obligat Monasterio, vel ordini ad seruendum ei secundum regulam eius, & e. contra Monasterium ad alendum, & tractandum eum secundum eandem regulam, c. porrectum, de regula. ita necessarius est vtriusque partis, id est, tam Prælati, & Monasterij professionem recipientium, quam ipsius proficiens consensus, ut nemo nisi volens, & consentiens religio sus fieri possit: c. integritas, 3. 2. q. 1. Sed neque sufficit qualis qualis voluntas, & consensus, sed requiritur libera a metu, etiā reuerentiali, cap. 1. de his quæ vi, & ca. præfens, 20. q. 3. & annus totus novitiatus completus, ex Concil. Trid. sess. 25. ca. 15. de regul. adeo ut professio ob defectum consensus inualida nec per habitus delationem, nec per admissionem ad actus solis professus conuenientes recipiatur: vnde validari potest, ita Caietan. 2. 2. q. 189. art. 5. & Navar. in Man. c. 12. num. 3. Et professionem aliqua de causa nullam solus Papa contra Concilium Tridentinum vbi supra, de consensu vtriusque partis ratam habere potest, ne opus sit alterum annum novitiatus expectare.

DECISIO IX.

Ex conf. 6. alias 40.

9 Professio religionis non exemptæ, licet in manibus Episcopi habentis iurisdictionem, & superioritatem in religionem, quam proficitur proficiens in manibus suis, fieri possit, Arg. c. si vir, 27. q. 2. & Inn. in c. porrectum, de reg. cū iure communi, omnia subijciantur Episcopis, c. Abbates, & c. Abbatis. 18. q. 2. Religionis tamen exemptæ professio in manibus Episcopi facta non valet, eo quod episcopus nullatenus quinquā religioni sua iurisdictione exemptæ incorporare potest, cum sic extra territorium suū ius dixerit: c. 2. de constit. in 6. sed ut professio valida sit, necessarium omnino est ut ab eo recipiatur, qui proficientem religioni illi incorporare potest, c. ad Apostolicam, de reg. quandoquidem professio receptio a superioritate vni suam habet ex Innoc. in d. c. porrectum, adeo ut factis non sit proficere in manibus alicuius Monachi, vel fratris regulæ, quam proficitur, nec quod ab eo professio recipiatur, nisi habeat potestatem eum recipiendi ab illo, qui proficientem huiusmodi religioni incorporare potest; ut sentit Pan. in c. insinuante, nu. 1. qui cler. vel vouen. Nō est tamen necessum, ut professio intra Monasterium eiusdem regulæ fiat, c. porrectum, de regul.

DECISIO X.

Ex conf. 7. alias 49.

10 Offerens se, & bona sua Monasterio in manibus Abbatibus nihil sibi reservato, etiam vouendo obedientiam paupertatem & castitatem, affirmans tamen se nolle regulam ordinis proficere, nec se obligare ad cœrimonias, & obseruantias eius, quamuis oblatum dici poterit, ca. ut privilegia, de priu. leg. religiosus tamen & Monachus non censetur non solum quia formæ proficendi repugnat, ut quis Monachus esse velit, & tamen regulam & cœrimonias eius obseruare nolit, eo quod forma dat effectum: c. in ciuitate, de vsur. & gl. ibi. sed etiam quia actus agentium vltra intentionem illorum non operantur; c. fin. de præben. sic autem vouens se non habere intentionem sciendi se Monachum, sed oblatum solum, quæ duo diuersa sunt, c. ex eo, §. 1. de electio. in 6. man. feste tenetur.

DECISIO XI.

Ex conf. 8. alias 7. de conuers. coniug.

11 Professio viri coniugati, cuius vxor publicè adulterata est, in religione approbata, tacito Matr. monio, cui al legatus erat, valida censeri debet, c. Agatosa, 27. q. 2. cum talis vxor nec possessio, nec petitorio ad sic professi restituerentur: gere possit, c. Significasti, de diuor. vnde talis petinde quoad hoc censendus est, ac si morte suæ vxoris esset ab ea solutus.

DECISIO XII.

Ex conf. 9. alias 43.

12 Licet post Concilium Tridentinum sess. 25. c. 15. de reg. professio ante annum probationis finium facta, nulla & inualida sit; ante confirmatam tamen eiusdem Concilij intra annum nouitiatus in ordinibus non mendicantibus facta valebat, c. ad Apostolicam, de reg.

DECISIO XIII.

13 Regulam ab immemoriali tempore laxatam proficiens & in ea diu viuens, ad inductam postea reformationem, austeritatem, & duritiem, quæ vix ferri potest, seruandam non tenetur, etiam si austeritas & reformatio illa de natura regulæ sit: ut ait Pan. in cap. super eo, de reg. maxime si proficiens adeo debilis sit corpore, ut eam sine periculo salutis pati non valeat, ex Innoc. & Pan. in d. c. super eo. Idemque de duritie noua inducenda censendum est, si cū professus sit, protestatus sit nolle se obligari ad alias austeritates, quæ quando professus fuit non seruabatur, prout astitit Pan. vbi supra. Sin vero durities de natura regulæ sit, & relaxatio noua fuerit, aut a tempore, cuius initij memoria est, ad illam seruandam cogi poterit, si cū professus fuit, professionem suam, & obligationem ad illum viuendi statum non limitauerit, qui tunc communiter seruabatur.

DECISIO XIV.

Ex conf. 10. alias 51.

14 Religio Minimorum, licet omnibus alijs mendicantibus astrictior sit, quod vltima tria vota substantialia, voueant, etiam non vltimis, quam quædam de gestimilibus exempto statu agnitio, qua ratione Carthusiana strictior esse videtur quæ oua & lacticia, tam in statu laicitatis, quam agnitio, s. edere permittit; & regula Dominicanorum astrictior est regula Canonicorum Regularium, ca. Quod Dei timorem, de statu Mona. quamuis vtrique eandem S. Augustini regulam voueant, eo quod Constitutionibus suis a Papa approbatis vitam suam notabiliter arctauerunt: Carthusiana tamen religio, quæ nullo casu etiam grauissime infirmitatis esum carniū permittit, & claustram perpetuam, & æternum silentium obseruat, ceteris omnibus astrictior & strictior est; cum grauius sit semper a carnibus, etiam agnitio, moriter & statu abstinere quam cibus quadragesimalibus semper vti cum facultate vescendi carnibus in infirmitate. Præterquam quod statuta Minimorum, quæ tria vota substantialia, non